



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertionvm Theologicarvm Sfortiae Pallavicini Sacrae Theologiae Professoris in Collegio Romano Societatis Iesv. Libri Qvinque

Pallavicino, Sforza

Romæ, 1649

Cap. 15. De vsura: vbi an liceat accipere aliquid vltra sortem ratione periculi intrinseci vel extrinseci; Cur vsura sit inhonesta iure uaturæ. De censibus, montibus pietatis, & locis montium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39069

C A P V T X V.

*De usura: ubi an liceat accipere
aliquid ultra sortē ratione pe-
riculi intrinseci vel extrinseci;
Cur usura sit inhonestā iure
natura. De censibus, monti-
bus pietatis, & locis montium.*

124 **L**icet usus facti non
sit pretio æstima-
bilis, est pretio æstimabilis usus
Iuris; ideò potest accipi pretiū
pro iure ad habitandum in
aliqua domo per annum. Quia
tamen proprius usus pecuniæ
est ipsius amissio, hinc est
quod ius ad usum pecuniæ sit
ius ad distrahendā pecuniā,
& tantum valeat; quantum
ipsa pecunia: & quia qui mu-
tuò

tuò dat decem nummos, da
 ius ad vsum pecuniæ, atque
 adeò dat dominium decem
 nummorum; ideò acquirit ius
 ad totidem nummos. Quæritur
 an tunc ex pacto licito, & no
 continente inæqualitatem po
 sit acquiri ius ad aliquid plus
 in quo cõsistit ratio *usura*, qua
 nihil est aliud quàm *pacisci*
 pro mutuo, aliquid ultra tot
 tem.

125 Et primò quidem cer
 tum est ratione lucri cessantis,
 aut damni emergentis licere
 aliquid accipere, licet in foro
 externo præsumatur cõtractus
 usurarius nisi constet re ipsa
 lucrum cessasse, aut damnum
 emerfisse ratione mutui. Sicut
 verò pro lucro, quod cessavit,
 & pro damno, quod emerfit,
 possum

possum aliquid accipere; ita si
damnum futurum, vel lucrum
cessaturum est incertum, possum
accipere tantum, quanti æ-
stimatur illud periculum dā-
ni, & spes lucri, licet in foro ex-
terno propter suspicionē frau-
dis non soleat approbari iste
contractus Censemus etiam,
posse aliquid accipi ultra sortē,
ex periculo non recuperandi
ipsam sortem, non solum si pe-
riculum sit extrinsecum, & ac-
cidentalē (vt si pecunia expo-
neretur mari, cum vita, & om-
nibus bonis debitoris) sed etiā
si periculum sit intrinsecum,
resultans ex dubio, ne debitor
ex paupertate non soluat. Ra-
tio est, quia toties contractus
est iustus, & æqualis, quoties
res, quæ permutantur habent

I 3 æqua-

æqualem æstimabilitatem. Sed potest contingere, vt ius præfens quod ego perdo mutando decem aureos alicui pauperi, habeat maiorem æstimabilitatem, quã ius, quod acquiritur ad alios decem aureos recuperandos, & æqualem æstimabilitatem, ac ius recuperandi vnde decem e.g. ergò potest iustè fieri ista permutatio. Minor probari potest, quia ius recuperandi potest esse valde incertum, ergò sicut, quando ego habeo creditum vnde decem aureorum difficilè recuperabilium, possum iustè illud vendere decem aureis, ità in casu nostro poterò decem aureis emere ius periculosum recipiendi vnde decem.

plum furis , qui quantumuis pauper, si postea restituat quantum accepit , satisfacit iustitiæ ; quia tollit totum illud periculum , quod antea imminebat domino ex paupertate debitoris ; non inquam id obstat ad probandum hoc idem debere contingere in debitore ex contractu , atque adeo pactum de restituendo aliquid ultra sortem in tali casu esse iniustum. Nam contra est , quoniam in casu furti illa obligatio quæ resultat ex delicto , non est æquè æstimabilis iudicio prudentum ac iactura , quam dominus patitur ; alioquin furtum non esset iniuria saltem damnosa , si æquè esset expetibile domino possidere sua , ac habere

ius contra furem ad restitutionem. Coeterum quia esset le-
durissima, & inobseruabilis ob-
ligare furem ad tantam resti-
tutionem spontaneam, vt ea ob-
ligatio resultans in fure æqu-
esset æstimabilis, ac damnum
ex furto (sæpe enim conditio
personæ faceret, vt furatus vnus
obligaretur ad restituendum
mille) ideo non est inducta
hæc obligatio in fures; qui tam
punitur per alias poenas modo
corporales, modo pecuniarias,
aut fisco, aut parti applicandas,
sed non subeundas vltro, nec
ante condemnationem, quia
id esset nimis durum, vt dixi-
mus.

127 At in contractibus est
seruanda talis æqualitas, vt
non melior sit conditio vnus

con-

contrahentis, quam alterius
saltem notabiliter: alioquin,
non sponte ambo contrahen-
tes conuenirent; ideò obli-
gatio, quæ resultat in mutua-
tario, debet esse tanti æstima-
bilis iudicio prudentum, quan-
ti æstimatur dominiū rei quod
accipit à mutuante. Et ideo nil
mirum si in tali casu sit confi-
deranda æqualitas pretij non
inter datum, & restituendum,
sed inter datum & obligationē
restituendi. Fatemur quidem,
posse iniri contractum etiam si
deducatur in pactum restitu-
tio tātummodo æqualis sum-
mæ, & tamen immineat ma-
gnum periculum illius non re-
cuperandæ, seu tale periculum
proueniat ab intrinseco, seu ab
extrinseco; alioquin innumerū

contractus damnandi essent
tanquam iniusti. Sed ratio hu-
ius rei est; quoniam id quod
venditur potest æstimari dupli-
ci pretio & utroque iusto. Al-
terum est secundum utilitatem
quam affert emptoti eius ac-
quisitio; alterum est secundum
damnum, quod affert vendito-
ri eiusdem iactura: sic enim ex-
g. iuste potest vendi labor fossor-
is, qui ad arbitrium alterius
foderet in arena, eodem pre-
tio, ac si foderet in eius vinea,
quia damnum, hoc est labor,
fossoris est idem: Ex alia parte
si per illam fossionem alius per-
ciperet minimam quandam
utilitatem, potest dicere: ego
nolo tuam fossionem emere nisi
secundum valorem utilitatis, quam
ex illa sum percepturus. Et ideo
multæ

multæ artes laboriosissimæ habent minimū questus, quia minimum habent utilitatis. Hoc supposito, potest vnus contrahens nolle emere obligationem alterius nisi secundum utilitatē quam iudicio prudentum acquirit ex tali obligatione valde incerta, & frustrationi obnoxia. Et sic potest illā iustē emere minori pretio, quā sit summa in obligationē deducta: ex alia parte hæc obligatio tantū oneris videtur imponere ipsi obligato, & eius hereditibus, ac si nulli periculo subiaceret: nam id ipsum teneri ad id soluendū quod quis non habet, & fortasse nō habebit, est onus gravissimū, & afferens innumeras molestias, & erumnas. Idcirco potest hæc eadē obligatio ven-

di secundum æstimationem
huius oneris, quod infert illa
ipſi obligato, ac proinde poteſt
vendi quanti venderetur; ſi eſ-
ſet obligatio opulenti debito-
ris.

128 Periculum commune
quod reperitur in quibuſcunq;
debitoribus, nō ſufficit ſemper
ad iuſtificandam promiſſionē
recipiendi aliquid ultra fortem.
Hoc enim periculū cōpēſatur
cum periculo cui ſubeſt hæc
numerò pecunia, ſi maneat
apud me. Addimus quod dū
tale periculum imminet ſolum
ex veriſimili iniuſtitia debito-
ris, qui licet poſſit, nolit ſolue-
re, non ſufficit ad hoc vt mu-
tuans ſtipuletur aliquid ultra
fortem. Alioquin quando mu-
tuum initur cum potētioribus,
qui

qui cum cogi nequeant ad soluendum, est periculum ne nolint soluere, posset fieri mutuū cum magno lucro. Er ratio à priori est, quia iniquum est vt aliquis necessitetur vel addā dum plus, quam accepit, vel ad lædendam iustitiam. Hinc verò desumitur disparitas, cur liceat aliquid plus accipere ex periculo paupertatis, nō liceat plus accipere ex periculo iniustitiæ; nam in primo casu potest contingere, vt debitor ad nihil teneatur proximè; quare non est cōtra æqualitatē iustitiæ ille contractus, per quem possibile est, vt is teneatur vel ad plus, quā accepit, vel ad minus, vel ad nihil. At in secūdō casu certū est quod mutuatarius tenebitur ad plus, quod est iniustū.

Alia

129 Alia ratio magis à prio
 ri est tum natura generalis om
 nium contractuum, tum spe
 cialis, quam habet contractus
 mutui. Generaliter quidē om
 nes contractus sunt instituti
 natura ad fouendam mutua
 beneuolentiam inter eos, qui
 habent cōmune comercium.
 Propter hoc enim, vt bene no
 tat Aristoteles initio Polit. na
 tura dedit peculiarem insuffi
 cientiā homini præceteris ani
 mantibus, vt oriretur mutuus
 amor ex mutua indigentia,
 quæ indigentia est fundamen
 tum cōmutationum, & con
 tractuum vt ex eodem Arist.
 supra obseruauimus. nascitur
 autem beneuolentia ex con
 tractua dum vnus contrahens
 sequitur fidem alterius cōtra
 tra-

trahentis, & acceptat obligationem illius, tanti eam æstimando, quanti æstimatur res ipsa in obligationem deducta: Quocirca potest quidem exigere aut fideiussores, aut pignora; quia in primo casu non vult sequi fidem vnus, sed multorum; in secundo autem casu nõ vult sequi fidem alterius contrahentis nisi cum tali cautione. At non potest inire cõtractum per quem positiuè profiteatur probabilẽ sibi esse malã fidem alterius contrahentis, & proinde exigat pretiũ pro periculo quod ex ea imminet. Hoc enim non tam esset fouere benevolentiam, quam excitare inimicitias, & præbere occasionem vt vnusquisque vel malè sentiret, vel profiteretur se malè

le

lè sentire de alijs, cum quibus
contrahit, vt hoc obtentu ini-
ret contractum lucrosiorem.

130 Præter hanc general
naturam contractuum, acced
vt diximus specialis natura
tui qui, vt obseruasse vider
S. Th. opusc. 73. est vnicus cō-
tractus vltro citroque obliga-
torius qui fit essentialiter be-
neficium vnus contrahentis
erga alium: Et est peculiariter
institutus à natura ad finē au-
gende mutue beneuolentiæ.
Sed nihil tam inimicum bene-
ficio, & beneuolentiæ, quam
aperta professio de mala existi-
matione circa fidem alterius,
ergo nō licet hanc existimatio-
nem profiteri in contractu mu-
tui.

131 Accedunt incommo-
da,

da, quæ sequerentur si mutua-
tarij ex indigentia acceptarent
frequenter mutuum cum eius-
modi conditione, & deinde sus-
citarentur frequentes lites su-
per æqualitate huiusmodi cō-
tractuum, ac proinde super
probabili probitate, vel prauī-
tate contrahentis, ex quo erū-
perent grauissimæ inimicitia, &
hominum infamationes.

132 De fide est usuramef.
se prohibitam. Licet aliqui
Auctores putauerint illam illi-
citam esse solum de iure po-
sitiuo, tamen indubitatū cen-
semus esse vetitam de iure na-
turæ. Nam Pontifices, & Pa-
tres probant usuræ prohibitio-
nem ex testimonijs veteris te-
stamenti; cum certum sit Chri-
stianos non obligari lege veteri

po.

positiua, sed tantum naturali
 Licet verò Deuter. 23. dicatur
*non fenerabis fratri tuo, sed alie
 no*: Patres tamen & Doctores
 explicat hoc vel de permissio
 ne in ordine ad pœnas legis æ
 ternæ, vel de licentia, quã De
 concesserit Israelitis, accipien
 à Gentilibus tanquam ab ho
 stibus. Veteres iuris cōsulti Ro
 mani permiserunt vsuras & a
 ctionem pro eis concesserunt.
 Sed leges istæ non sunt receptæ
 à Christianis Principibus, & cor
 rectæ sunt à Iure canonico.

133 Ratio, propter quam
 vsura est illicita, non est adeò
 patens, vt sine subtili ratioci
 natione dignoscatur. Facilius
 probatur pro mutuò præci
 sè nihil accipi posse vltra for
 tem; cum iniustum sit remoto
 tuo

tuo damno, & periculo obligare alium ad plus tibi reddendū, quam illi dederis. Et quamvis ille ex pecunia accepta percipiat magnum commodum, tamen, cum in mutuo transferatur dominium, accipit cōmodum ex pecunia sua, & non tua, adeòque lucrum est suum, non tuum; cum contrarium accidat in locatione, & composito, in quibus dominium non transfertur; ideòque potest vendi conductori emolumentum quod percipit ex re aliena. Difficilius verò probatur non posse aliquid accipi ultra sortem pro obligatione non repetendi mutuū nisi post tantum tempus, ideòque aliqui auctores concesserunt posse. Sed ista sententia videtur re-
fel-

fellēdas; quia Cōcilia, & Patres
 vsurā dānantes, nō vidētur dā-
 nare tantūmodò cōtractū illū,
 in quo itā mutuans vsuras exi-
 geret, vt sēper posset prohibitiō
 fortē repetere (hic enim cōtra-
 ctus cū pacto vsurarū non solū
 fieri) sed illum in quo mutuans
 obligatur ad nō repetenda sor-
 tem pro aliquo certo tempore,
 mutuatarius verò ad soluen-
 dum aliquid ultra sortem.

134. Usurā ergo etiā in hoc
 sēsu esse illicitā; probatur ab in-
 geniosis recentioribus ex eo
 quod sicut ager tanti venditur
 hoc anno, quanti anno futuro
 itā moneta tanti valet hoc an-
 no, quanti anno futuro; nam
 quando ex parte tēporis sequē-
 tis datur vsus sine termino, tūc
 id quod diminuitur ex parte
 tem-

tēporis antecēdētis, nō videtur
considerabile ad minuendam
æstimationem rei ; ideòq. Deus
non censetur plus dare illis Sā-
ctis, qui prius moriuntur , ac
proinde prius accipiunt beati-
tudinem , quā illis qui moriū-
tur posterius : quoniam vtriq;
à parte post habent beatitudi-
nem sine termino. Verunta-
men hæc ratio videtur petere
principium : Possunt enim di-
cere aduersarij, agrū plus ven-
di anno antecedenti, quam cō-
sequenti, quia æqualis pecunia
plus valet vt possessa vno an-
no ante, quam vt possessa vno
anno post, nec contrarium esse
supponendum, vt potè quod est
in quæstione.

135 Possunt etiam retor-
quere argumentum petitum

cx

ex beatitudine anticipata; quia non potest negari quod illa anticipatio sit magnum bonum, & ideò Patres, qui erant in limbo clamabant pro illius acceleratione, & dicuntur meruisse bonis operibus factis in hac vita adeòque accepisse tanquam præmium accelerationem Incarnationis. Nec tamen Deus est angustè remuneratus eos, qui longius vitam protraxerunt. Nam quælibet æternitas beatitudinis est præmium non inferius merito nostro, ideòque Deus etiam ex hac parte non potest non remunerari supra condignum; quia scilicet semper posset diutius protrahere remunerationem, & tamen non remunerari citra condignum.

Prima

136 Prima ergo ratio probans malitiam usuræ, & euincens non posse aliquid pecuniarium accipi pro obligatione dilationis in mutuo restituendo; licet illa dilatio sit comoda mutuatario, incommoda mutuanti, desumi debet ex eo; quia quodcumq. acciperetur valeret plus, quã illa dilatio, & obligatio dilationis, sed cum accipitur plus quam datur, est iniustitia; ergo quodcumq. acciperetur, esset iniustitia. Sanè quod quantumcunque pecuniæ acciperetur, valeret plus, quã illa dilatio, probatur ex eo, quia id pecuniæ quod acciperetur, haberet proportionem aliquam ad totam summam pecuniæ, imò & ad quamcunque pecuniam assignabilem,
ità

ita ut finities replicatum illam
 adæquaret vel etiã excederet.
 At nulla anticipatio possessio-
 nis pecuniæ quantumuis ma-
 gnæ potest habere proportio-
 nem ad pecuniã quantumuis mini-
 mam, pecuniã sed sēper erit mi-
 noris æstimationis: Ergò quod
 cūq. pecunię exigatur pro illa
 anticipatione, exigatur plus,
 quam valeat illa anticipatio.
 Porrò non dari proportionem
 inter anticipationem possessio-
 nis, & quantumcumque mini-
 mam, euincitur; quia vel præ-
 scindimus à casibus fortuitis af-
 ferentibus moralem quandam
 necessitatē Domino aut eius
 hæredibus, amittendi domi-
 nium pecuniæ post aliquod lō-
 gum tempus; vel æstimamus
 istam necessitatem; In utroque
 casu

casu illa dilatio repetitionis nul-
lam habet proportionem cum
pecunia mutuata; Ergò, &c.

137 Minor probatur, &
primò quidem in primo casu.
Nam præscindendo à prædictis
eventibus fortuitis quæcunq.
minima pecunia detur, datur
vt possidenda per totam æter-
nitatem à parte post; ergò pos-
sessio cuiuscunq. pecuniæ pro-
portionem habet cum posses-
sione pecuniæ maioris possi-
dendæ per totam æternitatem
à parte post; sed possessio per
annū, vel per duos annos nul-
lam habet proportionem cum
possessione per totā æternitatē
à parte post, cū finities repli-
cata, non possit illam adæqua-
re; ergò &c. Iam probatur
eadem minor in secundo casu.

K

Nam

Nam vel consideras illam certitudinem dominij finiendi, quæ resultat ex fide, eò quòd nobis constet possessionem rerum nostrarum non fore perpetuam, sed cū ipso mūdo deficturā in die iudicij; & hæc nō obstat, tū quia cū naturaliter talis possessio deberet esse æterna Deus noluit vt expectatio iudicij quidquā immutaret, aut immiueret nostram providentiam futuri tēporis, & æstimationem rerum in ordine ad cōtractus. sicut cōstat experientia, cū res non aliter estimentur in contractibus à Christianis, quam ab Ethnicis, hoc est ab inscijs huiusmodi reuelationis de fine mundi: tum quia cum possimus suspicari finem possessionis esse distantiorē,

& di-

& distantiore in infinitum; atque adeò possessionem pecuniæ nostræ esse magis ac magis duraturam finitè in infinitum, nulla finita possessio potest æquare hanc spem infinitam sine thegorematicè.

138 Declaratur hæc ratio; nam si sciremus ex. g. mundū esse duraturum saltem infra decem millia annorum, deberet possessio æstimari vt quinque millium; tanta enim esset probabilitas possessionem fore diuturniorem prædicto spatio quinque millium annorum, quanta eandem fore breuiorē; quippe tanta est distantia à præsentis tempore, in quo mundus desinere tunc posset, ad quinque millia futura annorū, quantà est ab eo termino ad

decem millia, vltra quæ mundus in sensu composito cum ea certitudine durare non posset. Rursus si sciretur mundum esse desitutum saltem infra viginti millia annorum, deberet possessio ex eadem ratione aestimari vt decem millia: Et sic deinceps proportionaliter: ergo cum de facto nullus sit terminus finitus temporis vltra quæ non possimus suspicari mundum esse duraturum, nulla proinde est possessio finita assignabilis tam longa, vt ea sit æqualis compensatio illius probabilitatis, quam habemus de duratione possessionis rerum; si hæc consideretur tanquam perseueratura vsque ad finem mundi.

137. Vel cōsideramus illam certitudinem dominij tandem
amit-

amittendi, quæ habetur ex vicissitudine rerum humanarū, per quam certum est moraliter unicuique non duraturam in æternū apud se, & suos possessionē bonorū, sed solūm per certum ambitum temporis, intra quem possit quidem moraliter possessio deficere, non possit autem ultra moraliter extendi: & adhuc æstimata eiusmodi certitudine vera est illa nostra minor, quod dilatio repetitionis nullam habeat proportionem, & commensurabilitatem cum dominio pecuniæ. Probat; nam posito quod aliquis non debeat possidere pecuniā, vel alia bona longiori tempore, quam decem annis e.g. perinde se habet, quod illa possideat his decem annis anteceden-

dentibus, ac quod ea possideant
alijs decem annis consequen-
tibus; ergò non potest acciper-
pretium pro possessione ant-
cipata antecedentium decem
annorum.

140 Et in hoc distinguitur
mutuum à commodato. Com-
modatum enim fit cum reten-
tione dominij. Quapropter om-
nia pericula, quæ imminēt rei,
imminent commodanti, & sic
tempus commodati est pars il-
lius temporis intra quod mo-
raliter est certa iactura domi-
nij propter vicissitudines hu-
manas. At verò mutuum fit
per translationem dominij &
cum iure ad simile dominium
recuperandum: quare ille am-
bitus temporis intra quod mo-
raliter est certa iactura dominij
non

nō includit tempus mutui, sed incipit à tempore restitutionis. Quare per mutuum non imminuitur, sed tantum differitur tempus illius possessionis, quod secundum casus humanos solet esse præscriptum dominij rerum.

141 Et quamvis optabilius sit habere æqualē possessione rei in tempore priori, quàm in posterioris & ideò mutuum semper contineat aliquod beneficium collatum mutuatarin à mutuatore vt supra dictū est: tamen hic excessus optabilitatis non est aliquid habens proportionem partis quotæ cū re, quæ possidetur. Probatur, nam alioquin possidere ex. g. centum hoc anno, perinde esset optabile ac possidere

nonaginta nouem anno anteriore; & sic deinceps retrocedendo per annos & demendo semper centesimam partem summæ: ex quo fieret vt perinde esset optabile possidere vnum quadrantem in aliquo anno antecedenti, ac possidere centum, aut etiam centum millia aureorum in aliquo anno sequenti per possessionem tantūmodo annuam in vtroque casu; quod nemo concedet.

140 Et si verò possit contingere, quod si differatur possessio ad decem annos posteriores, moriatur interim Donus, adeòque frui nequeat bonis per se, sed solum per suos hæredes, tamen hæc possessio per hæredes, æquiualeat omnino quoad pretium possessioni per se.

se. Hæc porrò æquiualentia
suadet, & à posteriori, & à
priori. A posteriori quidem,
quia videmus senes non mino-
ris estimare bona sua, quæ bre-
ui sunt heredibus relicturi,
quàm si ipsimet essent conti-
nuaturi in talium bonorum
possessione. Imò sæpe parentes
non curant ipsi frui bonis quæ
possident, vt diuitias augeant,
quibus fruantur filij. A priori
verò suadet, quia fuit expe-
diens ità à natura constitui: Cū
enim posteri non possint esse
diuites & foelices, nisi parentes
sint de eorum diuitijs, ac foeli-
citate solliciti, debuit natura
facere, vt æque nobis essent æ-
stimabilia bona à posteris pos-
sidenda, ac si nos ipsi essemus
talia bona possessuri.

K S Col.

141 Colligitur ex dictis nō
posse mutuo sine iniustitia ap-
poni pactum aliquod pretio æ-
stimabile. Eò enim ipsò acci-
peretur plus, cum obligatio dif-
ferendæ repetitionis ex dictis
nō sit pretio æstimabilis. Quod
si pactum non sit pretio æsti-
mabile potest apponi: unde
quia obligatio vt mihi vendas
tuum frumentum iusto pretio,
non est pretio æstimabilis; ideo
potest quis mutuari, cum hoc
pacto. Ex eadem ratione licet
etiam apponere in mutuo pa-
ctum, vt mutuarius in æqua-
libus circumstantijs hinc inde
commoditatis, indigentix, &c.
teneatur dare mutuam æqua-
lem summam. Ratio est, quia
talis obligatio ità determinata
non affert maius grauamen,
quam

quam eius executio; sed eius executio non affert grauamen pretio æstimabile: alioquin liceret accipere pro mutuo aliquod pretium; ergò illa obligatio non est aliquid pretio æstimabile.

144 Colligitur secundò, v-
furam non committi nisi in re-
bus, quæ vnico vsu consumun-
tur, in quibus regulariter solet
cadere translatio domini; cum
obligatione reddendi simile;
ità posset aliquis locare gem-
mas, & aliquid pro vsu illarum
accipere. Ratio discriminis est;
quia res quæ vnico vsu consu-
mitur, non est utilis nisi semel,
nempè quando cõsumitur; nec
est aliquid pretio æstimabile
quod ista utilitas percipiatur
potius vno tempore quam alio:

at ea, quę vnico vsu proprio nõ
consumuntur, vt gemmæ, sunt
actu vtilis ad delectationem,
& honorem toto tempore, quo
possidentur, & ideò non solent
mutuo dari, sed commodari.
Quod si eueniret aliquem indi-
gere pecunia ad ostentationẽ,
& ad hunc vsum ei pecunia
commodaretur reseruato do-
minio, censemus cum sententia
satis communi, posse pro isto
vsu accipi aliquid pretij. Quod
tamen est cautè intelligendũ.
Nam bonum alterius sine meo
incõmodo non est aliquid pre-
tio vendibile quando tale bo-
num non prouenit ex natura
rei, sed ex peculiaribus circum-
stantijs personæ: Sed tale est
bonum, quod aduenit illi com-
modatario pecuniæ; ergo pre-
tium

tium nisi minimum, & æquans
meum incommodum, est iniu-
stum, licet non sit usurarium,
nec subiaceat pennis usuræ, quia
de essentia usuræ est mutuum.

145 Secunda ratio ad pro-
bandam malitiam usuræ, est
Aristotelis in politicis, ex eo,
quia natura voluit, illas tantum
acquirendi species esse licitas,
quæ exercentur in utilitatem
generis humani, & sine dam-
no alterius. Huiusmodi sunt
genera acquirendi ex fructibus
terræ per agriculturam: ex fru-
ctibus animalium per pastori-
tiam: ex translatione mercium,
quæ alicubi abundant, alibi
desunt, à locis, in quibus super-
fluunt, ad loca, in quibus de-
ficiunt, per mercaturam: ex re-
bus utilibus non ad victum, &
vesti-

restitum, sed ad alios fines, per
 artes cædendi silvas, & effo-
 diendi metalla. Sed ars fene-
 ratitia seu vsuraria est ars ac-
 quirendi ex damno alterius, si-
 ne vlla vtilitate generis huma-
 ni; ergò debuit esse illicita, vt-
 potè quæ non acquirit à natu-
 ra, sed ab hominibus, & ditescit
 per alienam paupertatem.
 Quæ ratio est profectò pulcher-
 rima, & validissima.

146 Montes pietatis, licet
 ab aliquibus reputati fuerint
 illiciti, & vsurarij, tamen
 approbati sunt à Concilio La-
 teranensi sub Leone Decimo,
 & laudati à Concilio Tridenti-
 no. Ad stipularur etiam ratio.
 In montibus enim pietatis id
 quod exigitur supra fortem, &
 nō exigitur ad ditandum mu-

tuan.

tuantem, sed ad soluendas necessarias impensas pro custodia pignorum, quæ requirit domum, custodes idoneæ fidei & experientiæ, aliosq. ministros. Nec obstat, quod aliquæ ex huiusmodi impensis non sint necessariae pro hoc numero mutuuario deponente pignus tale, quod nullum exigat laborē pro custodia: Nam satis est si sint necessariae pro toto opere vniuersim, quod opus vergit etiam in bonum huius numero mutuuarij. Non tamen licet plus exigere, quam verè ad huiusmodi expensas sit necessarium, ne ex fine quidem ditandi montem in subuentionē aliorum pauperum; sicut non licet accipere vsuras ad finem eleemosinas elargiendi.

Cen.

147 Censur etiam, & loca
montium non sunt ex genere
suo illicita. Est autem census
ius exigendi annuam præstatio-
nem ex re, vel persona alterius.
Ideò diuiditur in personalem
& realem. Personalis nō licet
saltem perpetuus; tum quia
prohibetur à Pio V. tum quia
videtur habere rationem usura:
exigit enim redditus perpe-
tuos, & certos pro pecunia.
Census realis est *emptio fructus,*
vel partis illius, & ut sit perpe-
tuus, debet esse super re immo-
bili ac perpetua. Alius est irre-
dimibilis, hoc est talis, quem
redimere non sit in potestate
venditoris: alius redimibilis,
qualis nūc est in usu: imò pro-
babile est hunc solum esse per-
missū post constitutionē Pij V.

Ioca

148 Loca montium eriguntur à Baronibus super suis fundis auctoritate Principis, & distribuuntur inter varios emptores, quorum singuli emunt ius percipiendi quatuor, vel quinque annua, &c. pro centū quæ ab initio solunt. In censibus, & locis montium, nullum interuenit mutuum, vt patet. Et quoniam fiunt cum hac conditione, vt veditori liceat quâdocunque redimere suum fundum à tali onere, & ex alia parte emptor nunquam possit repetere suam pecuniam (alioquin esset mutuum palliatum, adeòq. usurarium) ideò vilius venditur tale ius, quam alioquin venderetur. Loca montium minus reddere solent, quam census, propter ma-

iorem securitatem.

149 Neque hic contra
 et us censuum, & locorum
 montium damnandus est
 quod emptor percipiat tractu
 temporis fructus supra sortem
 nam hoc idem probaret non
 posse cum pecunia iuste com
 mutari fundum fructiferum,
 cum emptor fundi percipiat
 ex fundo fructus supra sor
 tem.

150 Ratio vero cur id li
 ceat est illa ipsa, quam indi
 dicauimus agentes de usura,
 scilicet dominia rerum ex con
 ditione humanarum vicissitu
 dinum non esse perpetua.
 Cum ergo subiaceant multis
 periculis, & moraliter certum
 sit ea infra aliquem determi
 natum temporis ambitum es
 se

se defitura, videtur expediens
& æqualis commutatio eius-
modi dominiorum cum ali-
quo certo numero præfenti il-
lorum reddituum, qui ex eius-
modi dominijs annuatim per-
ciperentur. Et nisi hoc liceret,
præcideretur ferè pauperiori-
bus, & industrijs hominibus
spes a surgēdi ad maiorē opu-
lentiam ex diligentia, parsimo-
nia, ac labore; Atque ex alia
parte diuites vix timere pos-
sent perpetuam suæ familiæ
declinationem ex luxu, atque
incuria. Quocirca & foueren-
tur vitia humanum genus de-
pauperantia, & tepescerent il-
læ virtutes ex quibus idem
opulentatur. Regula verò vni-
uersalissima est in dignoscen-
dis licitis ab illicitis: *Salus po-
puli*

236 *Liber Quartus*
puli suprema lex esto.

151. Item contractus cen-
sus non est iniustus ex eo, quod
census plus reddat, quam red-
dere soleant fundi. Potest enim
plus reddere; primò quia ven-
ditori servatur arbitrium redi-
mendi illud ius quandocum-
que sibi placuerit: Secundò,
quia licet videatur tutius, &
expeditius, habere tale ius,
quam emere dominium inte-
grum fundi, qui sæpè mendax
est in fructu, & non sine cura,
& labore excolitur; tamen
magna utilitas, & delecta-
tio est, posse habitare, ferere,
& edificare in suo: Tertiò, quia
experimento constat, nil tan-
dem tutius, quam detinere
& possidere non tam iura re-
rum, & fundorum, quam res
ipfas

ipsas, & fundos. Coetera enim omnia faciliùs amittuntur, vel saltem in controuersiam reuocantur.

152 Census, cum sit emptio, exigit pecuniam, eamque ex constitutione Pij V. præsentem, & numeratam. Coeterùm de iure naturæ, & præscindendo à lege positiua nõ apparet, cur non potuisset fieri permutatio eiusmodi iuris in merces, aut in aliud quippiam pretio æstimabile. Rursus ex eadem Constitutione nõ licet assignare pro fundo cēsus omnia planè bona venditoris præsentia, & futura, sed aliquem fundum de terminatum, vt eo per eunte pereat etiam ius emptoris. Si tamē fundus pereat pro parte, aut deterior fiat, adhuc remanet

manet integrum ius census
dummodo remaneat fundus
talis, ex quo possit colligi tan-
tum reditus, quantum fuit
emptum à Domino census, se-
cundum opinionem, quam
sequitur Rota Romana, licet
contrarium quoque videatur
probabile. Veruntamen

hæc etiam conditio

de certitudine

fundi,

quamvis valdè æ-


qua, non est de

iure natu-

ræ.



nfus
ndus
tan
fui
s, se
am
lic
atur



L

D

An

I

e
C